FRECHULFUS LEXOVIENSIS. HRABANUS MAURUS
Mitte 12. Jh. Seite 131r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36534
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

& manasse autem quam iacob introiuit egiptum. & famis tempore in
gruente natus sunt de asenech filia putiphares in egipto. Si; &
illud quod super legimus. facti sunt autem filii manasse quos genuit
ei concubina syra machir. & machir genuit galaad. Filii autem
effraim fratris manasse. sutalaa & taa; filii vero sutalaa codem ad
dimum. Sequitur quod per ea legimus quasi per anticipationem factum et de
scribitur. Hoc; cum illo tempore quo ingressus est iacob egiptum cum ea
tuse erant etiam effraim & manasse. ut filios generare potuerint.
Ex quo manifestum est omnes animas quae ingressae sunt egiptum de
femoribus iacob fuisse lxx. dum lx vi per ea sunt ingressae. & reperiuntur
in egipto tres animas. ioseph videlicet cum duobus filiis ei. septua
gesimum autem ipse fuerit iacob. Hanc rem ne vidcamur aduersum
scripturae auctoritatem loqui. eia lxx interpretes in deutro
nomio transtulerunt. quod in lxx animabus ingressus sit in
egiptum. Si quis igitur sententiae refragatur. scripturam inter se contra
riam faciet. Ipsi enim lxx interpretes quibus lxx v animas per POAHM
VIH. cum ioseph & pueris ei egiptum ingressas esse dixerunt. in deu
tronomio lxx tantum introisse memorarunt. Quod si contrario
nobis illud opponitur quomodo in actibus apostolorum mentione stephani
dicatur ad populum lxx v animas ingressas esse egiptum. facilis excusa
tio est. Honeminem debuit sese lucas quasi ipsi scriptor historiae et ingen
tis actuum apostolorum uolumen emittentis contrarium aliquid scribere
aduersum ea scriptura quae iam fuerat in gentibus diuulgata. Et unus;
maioris opinionis illo dum taxat tempore lxx interpretum ha
bebatur auctoritas. quam lucas quasi ignotus & uilis & in magne
fidei in nationibus ducebatur. Hoc autem generaliter obseruan
dum. quod ubicumque; sei apostoli aut apostolici uiri loquantur ad populos
his pleruique; testimonis abutuntur quae iam fuerant in gentibus
diuulgata. licet pleriique; uadant lucam euangelistam ut psellum
ebreas litteras ignorasse. M is iv autem iuda ante se ad ioseph
ut nuntiaret ei. & ille occurrit in gesen. Quo eum puenisse.